Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

templu & erant omnes qui vendebant & emebant in templo. mensasque nummulariorum subvertit & cathedras vendentium columbas dissipavit. Unde et de scripturis sacris testimonium profertur. quod patris sui domum esse debere & non spelunca latronum vel domum negotiationis. sicut in alio evangelista scriptum est. Et hoc primum secundum quod iuxta mandata legis augustissimo in toto orbe templo domini. & de cunctis pene regionibus iudeae illuc populo confluentia innumerabiles immolabantur hostiae maxime festis diebus taurorum arietum & hircorum. Pauperibus ne absque sacrificio essent pullos columbarum & turtures offerentibus accidebat plerique ut quidem longe venerant non haberent victimas. Cogitaverunt quidem sacerdotes quomodo pro populo facerent. & omnia animalia quibus opus erat ad sacrificium vendebant. & ut venderent non habentibus & ipsi rursum mercatura susceperunt. Hanc strofam eorum crebra venientium inopia dissipabat quia indigebant suppetebat. & non solum hostias non habebant. sed nec unde emerent quidem aurum & vilia munuscula. Posuerunt itaque & nummularios quia mutuum sub cautione darent pecunia. sed quia erat in lege perceptum ut nemo usuras accipere. & pedem non poterat pecunia fenerata quae commodi nihil haberet & uno solum sortem perdere. ex cogitaverunt & alia cena ut per nummularius collibistas facerent. cui verbi propterea. latina lingua non exprimit. Collybia dicuntur